one purgarit; Quanti in toto or
be martyres antequam caede
rentur uariis subiacuere pecca
tis. Defendamus ergo peccata
qui aliqui postea martyres prius
peccatores fuerunt. Haec fra
tres amantissimi ad epistulam
uestram celeri sermone dictaui.
uincens propositum. ut contra
eum scriberem cuius ingenium
ante laudauerim. malens existi
matione periclitari quam fide.
Hoc mihi praestiterunt amici
mei. ut si tacuero reus. si respon
dero inimicus iudicer; Dura
utraque condicio sed e duobus
eligam quod leuius est. simul
tas redintegrari potest. blas
phemia ueniam non meret;
Quid autem laboris intenens
ferendis libris periarcon sus
tinuerim uestro iudicio de
relinquo! Dum & mutare
quippiam de graeco non est
uertentis sed euertentis &
eadem ad uerbum exprime
re nequaquam eius qui ser
uare uelit eloquii uenustatem.

EXPLICIT INCUSATIO SCI
HIERONIMI PRAESBITERI
CONTRA INVIDUM ; ;

## HIERONIMUS AD UITA LEM PRAESBITERUM DE ACHAZ

QUOMODO SALOMON
& Achaz undecim annorum
genuisse dicantur filios,
Zenon nauclerus per quem
mihi dicis tuae scitatas litte
ras esse transmissas unam
tantum & breuem epistulam
beati papae amabilis reddidit.
solita munuscula continente;
Satisque miror quid causae
fuerit ut cum in benedictionibus &
tuis & illius perferendis fidelis
extiterit. In reddenda epistula
neglegens adprobetur; Neque enim
te falli arbitror discipulum ueri
tatis, nisi forte graeco homini lati
nus sermo inter capsulas oberra
uit. Itaque ad secundam rescribo epi
stolam quam mihi scr filius meus ent
dius diaconus reddidit in qua inter
cetera deprecaris ut exponam tibi
causas quare salamon & achaz
undecim annorum filios dicantur
genuisse, si enim duodecimo anno
salomon super israhel accepit
imperium & quadraginta annis
regnauit in hierusalem filiusque
eius roboam cum quadragensimu
annum agens aetatis patri

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0402